

**ubi – dum – antequam****Beispielsätze**

- 1) Tamen, ut spatium intercedere posset dum milites quos imperaverat convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum. (BG 1,7)
- 2) Ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis... , (BG 1,7)
- 3) Quibus rebus adductus Caesar non expectandum sibi statuit, dum omnibus fortunis sociorum consumptis in Santonos Helvetii pervenirent. (BG 1,11)
- 4) Ubi per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, ... (BG 1,12)
- 5) Ita proelium restitutum est atque omnes hostes terga verterunt nec prius fugere destiterunt quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter L pervenerunt. (BG 1,53)
- 6) Ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicus ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt; (BG 1,5)
- 7) His rebus adducti non prius Viridovicem reliquosque duces ex concilio dimittunt quam ab iis sit concessum arma uti capiant et ad castra contendant. (BG 3,18)
- 8) Ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit et legati ad eum reverterunt, negat (BG 1,8)
- 9) ipse equo vulnerato deiectus, quoad potuit, fortissime restitit; (BG 4,12)
- 10) prius in hostium castris constiterunt quam plane ab his videri aut quid rei gereretur cognosci posset. (BG 3,26)
- 11) His interfectis navibus eorum occupatis, prius quam ea pars Menapiorum quae citra Rhenum erat certior fieret, flumen transierunt ... (BG 4,4)
- 12) Acie triplici instituta et celeriter VIII milium itinere confecto, prius ad hostium castra pervenit quam quid ageretur Germani sentire possent. (BG 4,14)
- 13) expectare vero dum hostium copiae augerentur equitatus reverteretur summae dementiae esse iudicabat, (BG 4,13)
- 14) Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum locum arbitratus, dum reliquae naves eo convenirent ad horam nonam in ancoris expectavit. (BG 4,23)

